

Lectio XXII. Zdania przyczynowe i czasowe

ZDANIA PRZYCZYNOWE

- a. **quod, quia, quoniam, siquidem, quandoquidem, quando** + indicativus
 - b. **cum** (causale), **praesertim cum** + coniunctivus (wg *consecutio temporum*)
1. Quando vita qua fruimur brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere decet.
 2. Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt.
 3. Qui erant cum Aristotele Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio.
 4. Cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare.
 5. Cum cotidiani maximi fierent sumptus, celeriter pecunia deesse coepit.
 6. Vos, Quirites, quoniam iam est nox, in vestra tecta discedite.

ex mente aliena:

1. Suo iure noster ille Ennius 'sanctos' appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.
2. Athenienses Socratem damnaverunt, quod corrumperet iuvenes.
3. Nocte ambulabat Themistocles, quod somnum capere non posset.
4. Nunc mea mater iratast mihi, quia non redierim domum ad se. (Pl.)
5. Ab Atheniensibus locum sepulturae intra urbem ut darent impetrare non potui quod religione se impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam concesserant. (Cic.)
6. Plato escam malorum appellat voluptatem, quia ea homines capiat, velut hamus pisces.

ZDANIA CZASOWE

1. Zdania wyrażające czynność **wcześniejszą** od czynności zdania głównego:
 - a. **ubi, ubi primum, ut** (temporale), **ut primum, cum primum, simul, simulac, simulatque, postquam, poste aquam** (gdy, skoro, jak tylko, skoro tylko) +*ind. perf.*
lub *praes. historicum*
 - b. **ubi, ut, simulac** (ilekroć) + *ind. perf., plusquamperf.* lub *fut. ex.* (czynność powtarzająca się)
 - c. **cum** (historicum) + *con. plusquamperf.*
 - Ubi de Caesaris adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt.
 - Themistocles ut Lacedaemonem venit, adire magistratum noluit.
 - Caesar cum primum per anni tempus potuit, ad exercitum contendit.
 - Lacedaemonii postquam audierunt muros instrui, legatos Athenas miserunt qui id fieri vetarent.
 - Ut quisque Verris animum aut oculos offenderat, in lautumias coniciebatur.
 - Hostes ubi ex litore aliquos singulares ex navi egredientes conspexerant, incitatis equis impeditos adoriebantur.
 - Pythagoras cum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem immolasse dicitur.
 - Nostris militibus gravi onere armorum pressis pugnandum erat, cum hostes omnibus membris expeditis audacter tela conicerent.
- 2. Zdania wyrażające czynność **równoczesną** z czynnością zdania głównego:
 - a. **dum** (podczas gdy) + *praes. historicum* (tłumaczone jako czas przeszły)
 - b. **dum, donec, quoad** (dopóki, tak długo jak) + *ind. wszystkich czasów.*
 - c. **cum** (historicum) (*gdy*) + *con. imperf.*
 - Alexander dum inter primores pugnat, sagitta ictus est.
 - Cato quoad vixit, virtutum laude crevit.
 - Donec eris felix, multos numerabis amicos
 - Agesilaus cum ex Aegypto reverteretur, in morbum implicitus decessit.

3. Zdania wyrażające czynność **późniejsza** od czynnością zdania głównego:

a. **dum, quoad** (aż, dopóki nie, tak długo aż)

+ *ind. praes., perf. lub fut. ex.* (dla czynności rzeczywistej)

+ *con.* (dla czynności zamierzonej lub możliwej) (dopóki by nie)

b. **antequam, priusquam** (nim, zanim) [pisane także oddzielnie]

+ *ind. praes., perf. lub fut. ex.* (dla czynności rzeczywistej)

+ *con.* (dla czynności zamierzonej lub możliwej) (zanim by)

- Epaminondas ferrum in corpore usque eo retinuit, quoad renuntiatum est vicesse Boetios.
- Delibera hoc, dum ego redeo.
- Mihi semper curae erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero.
- Caesar non expectandum sibi statuit, dum in Santones Helvetii pervenirent.
- Priusquam de ceteris rebus respondeo, de amicitia pauca dicam.
- Epaminondas non prius bellare destitit, quam urbem Lacedaemoniorum obsidione clausit.
- De Carthagine non ante vereri desinam, quam illam excisam esse cognovero.
- Caesar, priusquam se hostes ex fuga reciperent, in fines Suessionum exercitum duxit.
- Medico, priusquam conetur aegro adhibere medicinam, morbus cognoscendus est.

ZDANIA PRZYCZYNOWE I CZASOWE. ĆWICZENIA

1. Ante tamen quam predicta dies veniret, morbo moritur.
2. Ante quam de re publica, patres conscripti, dicam ea quae dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breviter consilium et profecionis et reversionis meae.
3. Quattuor reperio causas, cur senectus misera videatur, unam quod avocet a rebus gerendis, alteram quod corpus faciat infirmius, tertiam quod privet fere omnibus voluptatibus, quartam quod haud procul absit a morte.
4. Nihil est enim virtute amabilius, nihil, quod magis adliciat ad diligendum, quippe cum propter virtutem et probitatem etiam eos, quos numquam vidimus, quodam modo diligamus.

5. Quanto studio convenit vos sociorum salutem defendere, praesertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur.
6. Gallorum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, important.
7. Ducentis annis ante quam Clusium oppugnarent urbemque Romam caperent, in Italiam Galli transcederunt.
8. Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinque pervenerunt.
9. Ut aegroto, dum anima est, spes esse dicitur, sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti.
10. Tiberius Gracchus tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.
11. Pompeius ut equitatum suum pulsum vidit atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animadvertisit, aliisque diffisus acie excessit protinusque se in castra equo contulit, et iis centurionibus, quos in statione ad praetoriam portam posuerat, clare, ut milites exaudirent, 'tuemini' inquit 'castra et defendite diligenter, siquid durius acciderit. ego reliquas portas circumeo et castrorum praesidia confirmo.' haec cum dixisset, se in praetorium contulit summae rei diffidens et tamen eventum expectans.